



**Erasmi a Chokier Tractatus absolutissimus de  
iurisdictione ordinarii in exemptos, deque illorum  
exemptione ab ordinaria iurisdictione**

Mvltis Pontificvm Decretis, Et SS. Congregationis ... Cardinalium  
Declarationibus illustratus ; omnibus in iudicio Civili & foro Ecclesiastico  
versantibus perquam utilis ac necessarius ; in duos tomos ab ipso Auctore  
distinctus

**Chokier, Érasme de**

**Coloniae Agrippinae, 1684**

43. Exemptis monachorum collis, quid nomine cellarum comprehendatur.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61886](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61886)

causa propter quam aliquid deberent privilegiari, credo quod non peccarent, quia causa rationalis tollit iniustitiam, si autem imperator Papa vel princeps non recognoscens superiorem hoc fecerit, debet seruari & qui se gravati senserint, ad superiorem, recurrant, tales enim qui non recognoscunt superiorem possunt exercere ea quae sunt Imperatoris, *cap. per venerabilem qui filii sunt legitimi*. Non tamen possunt facere sine rationabili causa, aliter peccant contra naturae legem facientes & iustitiam. Ita ille, quod certe iustitiae est apprimere consonum, sed cum mica salis, quod si exemptio talis esset, quae ceteris notabile damnum generaret, debet ea velut privilegium alteri nocivum revocari, *cap. suggestum de decimis Card. d. Clem. praesenti in fin.* Imò possent ceteri non exempti onus recusare, & ad Papam seu principem appellare, *DD. ubi supra*. Non est enim verisimile quod princeps quosquam eximere velit cum notabili praedicio ceterorum, *arg. l. 2. §. si quis à principe ff. ne quid in loco publi. cap. super eo ubi DD. de offic. deleg.* Ut proinde superflua sit distinctio Abbatis, *d. cap. accedentes col. ult. utrum exemptio sit data motu proprio, an ad supplicationem partis*, motus enim proprius non tollit defectum intentionis Papae, *Agid. de Bellam. decis. 475. incip. praemissa res Io. Andr. cap. si motu proprio de prabend. lib. 6. Rota in novis decis. 108. incip. licet motus proprius. Bellenf. d. quast. 59. nn. 5.*

## QVÆSTIO XXXIII.

Exemptis monachorum cellis, quid nomine cellarum comprehendatur?

## SUMMARIUM.

1. Privilegiorum verba propriis intelligenda. 2. Nisi repugnet mens privilegiantis.

**L**arga nominis significatione comprehenduntur cellae quae sunt intra claustrum ac extra commune dormitorium, quas Abbas per dispensationem infirmitatis causa concedere potest, *cap. ult. 20. quast. ult.* Propria vero sunt loca tantum secreta & solitaria, quae ab hominum separata convictu sunt ad contemplandum & Deo vacandum specialiter deputata, *tex. cap. privilegium de verb. signif. in 6.* Hac in materia proprio & stricto hoc sensu sumenda sunt cellae, *d. cap. privilegium*, ita enim semper usu venit in privilegiis ordinatae potestati derogantibus, ut illius verba proprie intelligi debeant, *glo. Clem. 2. de offic. ord. ord. Imol. & dom. d. c. privilegium & saepe probatum est supra*. Idque nisi mens & intentio privilegiantis repugnet verbis, tum enim intentio est verbis praefenda, *Rom. cons. 20. num. 1. cons. 180. numer. 10. d. scire oportet §. sufficit ff. de excusat. tutor.* atque certe à verbis non est rece-



recedendum late Franc. cap. 1. §. ex parte numer. 2. cum add. de concess. prabenda in sexto.

Q V A E S T I O XXXIII.

Exemptus contra exemptum an utatur privilegio.

Hic articulus ad varios casus deduci posset, quemadmodum videre est apud Doctores dum differunt & multipliciter distinguunt an privilegiatus contra pariter privilegiatum uti possit suo privilegio. Barth. & D.D. Auth. quas actiones numer. 3. cum add. C. de sacros. Eccles. Io. Andr. in cap. 1. de iure patr. in 6. cap. in presentia ubi Abb. col. 1. 2. vers. & quoniam iste articulus, item Fel. num. 30. de probat. Barth. l. verum §. item quaritur in 1. not. de minoribus, distincte Franc. in d. cap. 1. §. verum num. 4. de iure patr. in 6. similiter de privilegio retorcutione nihil attinet hic dicere, videri tamen poterit Rebuffus de privilegiis scholarium privilegio 178. nu. 3. Lortotus in apicibus juris tit. de privilegio retorcutione per tot. Quod vero ad decisionem huius quaestionis, num. privilegiatus de certo iudice, si agat contra pariter privilegiatum, quid juris sit statuendum? vide Io. Andrea, cap. 1. de privilegiis in 6. adde additionem ad spec. de comper. iud. adit. §. 1. n. 16. glo. fin. par. 2. Paucis praevalere privilegium rei refert Imbertus in st. forens. lib. 1. cap. 27. ac confirmat Peckius in quaestione scholaris Lovaniensis contra Duacensem de iure sistendi cap. 5. n. 4. quam argumentationem ad has exemptiones duci posse, infra non raro tradidimus. v. infra quaest. seq. num. 5. & passim. Quae de re etiam Collectarius, quem vide distinguentem in cap. cum & plantare num. 10. de privilegio & plene Geminianum cap. 1. §. & id ipsum num. 3. eod. in 6.

Q V A E S T I O XLV.

An exemptus possit esse arbiter?

S U M M A R I U M.

- |   |   |
|---|---|
| 1. Edictum de arbitris est permissorium.                  | 5. Proportio fori inter exemptos, clericos, va-                     |
| 2. Exemptus ut sit arbiter, cogi ab ordinario non potest. | sallos, &c.   |
| 3. A laudo ad quem appellandum.                           | 6. A laudo ad quem appellandum.                                     |
| 4. Majus dignitas, trahit ad se minus.                    | 7. Dispositio circumetiens, an extendatur ad mensi m <sup>o</sup> . |

Edictum